opulenti ⁊ turbamini confidentes. eruite vos p confessionez ⁊ confundamini. obstupescite. s. anime. ⁊ turbami de culpa. confidentes de mia. eruite vos p confessionē ⁊ confundamini p erubescentiā De illa etiā p turbatione dicit. ij. Cori. vij. Que ꝰ secundū deum tristicia est: stabilez salutem operatur. ysido. Esto pronus ad lamenta sicut fuisti ad peccata. Grauia enim peccata grauia desiderant lamenta. Idem. Nullum inuenitur delictoꝝ tale remediuz. sicut eoꝝ cum doloze cōtinua memoria Hiero. Qui peccatoz est: sua peccata plangat: et amplius peccare caueat Gre. Qui peccata sua plāgit: nec tamen deserit: pene grauiori se subijcit. Bernar. Luctus eoꝝ qui p̄seuerantiam non habent: non merentur consolationez Illios inquit lugentes video: sed si de corde procederent lacrime: non tam facile illico soluerentur in risum. nunc autez cum abundantiby ociosa ⁊ scurrilia verba, pfluant: ꝗ prius lacrime. lacrimas hmōi de hijs esse non arbitroz: quiby cōsolatio diuina mittitur. quando quidez postillas tam facile. consolatio tā vilis admittitur Delicata est enim diuina consolatio. iō non dabitur admittentiby alienam. Secunda turbatio que fit ex proximoꝝ cōpassione est bona: quam docuit nos exemplo suo dñs noster ihesus christus: quando vidit mariam magdalenā flentem pro morte fratris sui: turbauit seipsum: et plorauit cū ea vt dicitur Johā. xi. Item appinquante hora passionis eius: cepit tristari et mestꝰ esse Hiero. Non tristatur timore patiendi. qz, ꝓpter hoc venerat. sed propter infelicē iudam et scandalum apostoloꝝ. et de eiectione iudeorum: et de destructione hierusalē. qz cum vidisset ciuitatē: fleuit sup illam dicens. qz si tu cognouisses ⁊ tu subaudi fleres. qz venient dies in te: et circundabunt te inimici tui et non relinquetur in te lapis sup lapidem. Grego. Plus est compassio ꝗ datū Exteriora enim largiens: rem extra seipsuz prebet Qui autem fletū et compassionē tribuit proximo suo. aliquid de seipso dat Tercia turbatio quam habet hō ꝓpter deum ⁊ ex iniqꝝ rum p̄secutione similiter bona est Johānis. xvi. Dixit dñs discipulis suis ante ꝗ ad passionem iret post cenam. Vuuus autem gaudebit. vos autē cōtristabimini sed tristicia vra vertetur in gaudium De qua dicitur Mathe. v. Beati q̄ p̄secutionē patiuntur ꝓpter iusticiam: qm ipsoꝝ est regnum celoꝝ Ista tristicia breuis est: ⁊ in magnum eternū gaudiū conuertitur. ij. Chori. iij. Id quod ī presenti est momentaneū ⁊ leue tribulationis nostre: supra modum in sublimitate eterne glorie pondus operabitur ī nobis. Vere momentaneum ⁊ modicuz ē quicquid hic patimur respectu premij. ysaie. lviij. Ad punctum in modico dere linquite: ⁊ in miserationibus magnis cōgregabo te. in momento indignationis abscondi faciem meā parum a te: et ī misericordia eterna misertus sum tui Istā tribulationem. s. iniquoꝝ p̄secutionem sustinuerunt letanter isti duo apostoli sicut patet in sermone p̄cedēti. Sequit.

De inuentione sancte crucis Sermo. xxxviij.

Verbum crucis peūtiby stulticia est. hijs autem qui salui fiunt. i. nobis virtus dei est. i. Chorin. i. In hbis istis describit aplus duo genera hoim. scz damnatoꝝ et saluandoꝝ Oēs enim qui crucē christi reputāt stulticiā pibūt. et oēs qui virtutē eius cognoscunt salui fiunt Dicit ergo verbuz crucis. i. predicatio ⁊ laus sancte crucis stulticia ē. i. dicitur esse pereuntibus. i. perire volentiby

Qui sunt illi? Certe qui crucem christi et passionem eius stulticiā reputāt. Sz qui faciunt hoc? vtiqz contemptores .i. peccatores In cruce em̄ ostensa ē nobis pauptas. humilitas. et penalitas. Oēs ergo auari deliciosi. ⁊ ambiciosi xp̄o crucifixo contradicunt. mortē christi in cruce stulticiam reputantes: et ideo peunt. Nobis aūt credētibꝫ ⁊ crucē xp̄i venerātibꝫ virtꝰ dei ē. i. virtutē dat credētibꝫ ī eā Sciendum autem ꝙ crux xp̄i credentibus in eaz: multiplicem dat virtutem. Prima virtus est ꝙ victoriam prestat et triumphum sperantibꝫ in eius adiutorio. sicut patet in rege constantino. Cuz enim multitudo maxima barbaroꝝ iuxta danubium fluuium eēt congregata: volens fluuium transire ⁊ oēs regiones vsqz ad orientē suo dominio subiugare Qd̄ cum constantinus imp̄ator comperit: castra contra eos mouit. et contra danubium se cum suo exercitu collocauit. Et cum multū timeret ꝓpter eorum multitudinem: nocte ab angelo suscitatur: ⁊ vt sursum aspiceret admonetur. Qui ī celum aspiciens vidit signuz sancte crucis ex clarissimo lumine factuz: litteris aureis hunc titulum habens scriptū In hoc signo vinces Qui celesti visione cōfortatus signum sācte crucis fecit. et āte exercitū suum ferri iussit. et irruens in hostes: ipsos in fugā cōuertit: ⁊ multitudinem maximam interfecit Tunc constantinus oēs temploꝝ pōtifices cōuocauit. et cuiusnam dei signum hoc esset diligēter requisiuit Quibꝫ se nescire dicentibꝫ quidam xp̄iani aduenerunt: et ei sancte crucis misteriū et fidez trinitatis plenius narrauerunt At ipse fidez recepit: et ab eusebio papa sacrum baptisma suscepit. Ipso autem mortuo: filius eius memor victorie patris: quaz virtute sācte crucis habuerat: helenam matrez suam hierusalem misit pro cruce inquirenda. Cum autem hierusalem venisset: ōnes sapientes iudeoꝝ cōgregauit. et cūctis timētibꝫ: dixit vnus nomine iudas Scio ꝙ vult inq̄rere de ligno sancte crucis christi: videte ne aliquis manifestet quia certissimuz est ꝙ lex nostra periret. zacheus enim auus meus manifestauit simoni patri meo: et pater meus moriēs manifestauit michi locum crucis. et dixit michi ꝙ xp̄s qui exprobrabat phariseos: in eo suspensus esset. Et dixit michi. Vide fili quando inquiret̄ crux xp̄i illā manifesta anteq̄z patiaris aliqua tormenta. Nunq̄z enim extūc gens iudeorum regnabit: sed illi qui crucifixuz adorant. qꝛ ipse est filius dei. Cui ego dixi. Pater mi. si vero prēs ipsum dei filiuz cognouerunt. cur ipsum crucis patibulo afflixerunt? Et respondit Nouit dominus ꝙ nunq̄z in concilio eorum extiti: sed eis sepius contradixi. Quia vero ipse populorum vicia exprobrabat: ipsuz crucifigi fecerunt. Ipse vero die tercia surrexit ⁊ discipulis suis videntibus celos penetrauit. In quem stephanus frater tuus credidit. quem iudeoꝝ insania lapidauit. Vide ergo fili mi: ne ipsum vel discipulos eius audeas blasphemare Dixerunt ergo iudei ad iudam Nos nunq̄z talia audiuimus. veruntamen si de hoc regina quesierit: vide ne sibi hoc aliquatenus confitearis Cum ergo illi añ reginā stetissēt: ⁊ illa oēs īterrogasset de loco vbi fuerat dn̄s crucifixꝰ ⁊ ip̄i locum nullatenus indicare vellent. iussit eos omnes cremari igne. At illi timentes tradiderunt iudam dicentes. Hic domina iusti et prophete filius. optime nouit legem. et tibi omnia que ab illo q̄sieris indicabit Tunc illa omnes dimittentes tenuit iudam solum. Cui dixit. Mors et vita tibi ꝓposita est. quod malueris elige Ostēde ergo mihi caluarie locum q̄ golghata dicitur: vbi fuit dn̄s

crucifixus vt crucē eius inuenire possim
Respondit iudas Quomō locum scire
valeam: cum ducenti iam anni fluxerūt
et nequaq̄ illo tempe natus essent? Cui
regina Per crucifixum fame te perimā:
nisi michi dixeris veritatē Ipsum ergo
in puteum siccuz ꝓijci iussit et ibidē mo
lestia famis cruciari. Cum ergo ibidem
sex diebꝰ mansisset: die septimo extrahi
se petit. ⁊ crucem se inducaturū ꝓmittit
Cunq̄ ergo extractus fuisset ⁊ ad locuz
venisset et ibidem orasset: locus subito
cōmouetur: ⁊ fumus aromatū miri odo
ris sentitur: ita vt miratus iudas amba
bus manibus plauderet et diceret. In
veritate xp̄ē tu es saluator mundi. Erat
autem in illo loco sicut dicitur in ecclesi
asticis historijs templum veneris quod
adrianus imꝑator ibidem constituerat:
vt si quis christianorum in loco illo ora
re voluisset: videretur venerem adora
re. et ob hoc infrequens ⁊ fere obliuioni
datus fuerat locus Regina autem tem
plum funditus fecit destrui Post hoc iu
das precīgens se viriliter fodere cepit.
et viginti passus fodiens: tres cruces in
uenit: et ad medium ciuitatis sunt dela
te. et cuz nescirent discernere crucē chri
sti ab alijs. ecce cum circa horam nonam
quidam mortuus iuuenis deferretur. iu
das feretrum tenuit. et primam crucem
et secundam sup̄ corpus defuncti apposu
it Sed nequaq̄ ille motꝰ est. Apponēs
autem terciā statim defunctus redijt ad
vitam. Diabolus aūt vociferabatur per
aera dicens. O iuda quid fecisti? Iude
et michi contraria opatus es. Nam ille
me suadente fecit ꝑditionem. ⁊ tu me re
nuente: ihesu īuenisti crucē. Per illum
multoꝝ lucratus sum aīas. per te vero ꝑ
dā iā illas Per illum regnabam in po
pulo. ꝑ te iam expellor a regno. veruntñ
tibi vicem rependam. et contra te regem
aliū suscitabo. qui fidē deserēs crucifixi:
cū tormentis te negare faciet crucifixū
Qd̄ quidem ꝑ iulianum apostatam fa
ctum est vt postea videbitur. Audiens
iudas vociferantem diabolum: maledi
xit ei dicēs Christꝰ te damnet in abissis
ignis eterni Post hoc iudas baptisatur
et quiriacus appellatur. et hierosolimo
rum defuncto ep̄o in episcopum ordina
tur. Tunc rogauit eum helena vt ad di
ctum locum ꝑgeret et clauos quereret.
Qui cum illuc venisset inuenit clauos ī
terra quasi aurū fulgentes: quos ille ac
cipiens: regine detulit. Ille autē genua
sua figens in terra ⁊ caput īclinans: eos
cum multa reuerentia adorabat Crucis
ergo ꝑtem helena detulit filio suo. et al
teram ꝑtem ibi reliquit. Clauos vero q̄
bus dñicum corpus fuit crucifixum por
tat ad filium Scm̄ autem quiriacū epi
scopum iulianus apostata postmodū in
terfecit ex eo q̄ sanctā crucem inuenerat
Cum vbiq̄ signum crucis destruere ni
teretur ⁊ cōtra ꝑsas ꝑgeret: cepit quiria
cum īuitare ad sacrificia ydoloꝝ Quod
cum ille renueret: dexteram sibi abscidi
fecit dicens Hec manus multas episto
las scripsit. quibꝰ multos a deoꝝ sacrifi
cijs reuocauit. Cui dixit quiriacꝰ Mul
tum mihi canis insensate ꝓfuisti. qꝛ pri
usq̄ ī xp̄m crederem: sepius ad sinago
gas iudeoꝝ scribebam epistolas vt nul
lus in christum crederet. ⁊ ecce nunc scā
dalū corpus mei abscidisti. Tunc iulia
nus plumbū fecit liquari ⁊ ī os eius fun
di. deinde lectū ferreuz afferri ⁊ in eo q̄
riacum extendi ⁊ desubter carbones sal
ad ipsum spargi Sed cuz quiriacus im
mobilis ꝑmaneret dixit ad eū iulianus
Si non vis sacrificare dijs saltez dic te
christianum non eē. Qd̄ cum recusaret
iussit altam foueam fieri. ⁊ serpentes ve
nenatos ibidē poni ⁊ quiriacum ī eande
iactari: sed tñ serpentes cōtinuo mortui
sunt. Iussitq̄ iulianus in caldare oleo

feruentissimo plenum quiriacum mitti. Qui cum sponte intrare vellet: signauit se sancta cruce: rogans dñm vt euꝫ iteꝝ in lauachro martirij baptisaretur. Iratꝰ iulianus iussit gladio pectꝰ eius ꝑforari et sic in dño consummari meruit. Et sic patet prima virtus scē crucis quō victoriam prestat contra hostes. Secunda virtus crucis ē ꝙ dēones terret et fugat Augusti. Ubi signum crucis cū fide ⁊ timore precesserit: nichil ei nocere poterit inimicꝰ. Igitur ad oēm actū ⁊ ad oēm accessū manus tua crucem pīgat. Exemplū Iudeus q̄dā romā ꝑgens cū iam dieꝫ declinare viderꝫ in quodā tēplo ydoli appollinis ad manendū se contulit. Qui licet fidem non haberet: tñ signo sācte crucis se m uniuit. Nocte media euigilans vidit maloꝝ spirituū turbā ⁊ luciferū ī medio sedentē ⁊ singulos venientes ⁊ neq̄cias suas recitātes. Cunqꝫ oēs dixissēt: vidit lucifer illum ⁊ dixit Quis est iste qui presumit ī hoc templo dormire? Et ille vehementer timuit ⁊ signo scē crucis se signauit. Cunqꝫ missi essent spiritus vt eū adducerent ceperunt clamare Ue ve ve vas signatū est Et ad hanc vocem oēs disparuerūt. iudeus autē fidē xp̄i recepit. Tercia virtus crucis ē ꝙ libidinē peccandi ⁊ cogitationes expellit Orige. Tanta ē virtus crucis xp̄i: vt si in mēte fideliter habeatur nulla libido: nulla inuidia preualere pōt: sed cōtinuo ad mēoriam illius oīs pctī ⁊ mortis fugit exercitus. Exemplum Scolaris quidā religionē intrās cupiēs vitā emendare Cūqꝫ austeritatē ordinis sentiret: recogitare recepit quātis delicijs ī sclo abundasset et vehementer temptabatur a concupiscētia carnis. Et cum āplius resistere non posset: cucurrit ad altare sācte crucis dicens Dñe ihesu xp̄e obsecro te ꝑ scāꝫ crucem tuā in qua mortem sustinnisti, ꝓ me misero succurre michi ne incidaꝫ ī peccatum et temptationem Et statim oīs tēptatio cessauit. Quarta virtus crucis est ꝙ ad hūilitatē ꝓuocat. crux em̄ fuit turpissimū genus mortis. et hoc elegit xp̄s vt nobis exēplū hūilitatis daret. Phili. ij. Christꝰ factus est pro nobis obedi. vs. ad mor. mor. au. cru. Propter qd̄ ⁊ deus exaltauit illum Ecce ꝓpter humilitatem suam exaltatus est xp̄s Augꝰ. Ecce habemus exemplū humilitatis superbie medicamētū Quid ergo ītumescis o homo? O pellis morticinia quid intenderis? O sanies fetida q̄d īflaris? Prīceps tuus humilis ⁊ tu supbꝰ. caput humile et membrū supbum Absit. Exemplū legitur ꝙ cū beata elizabeth nupta eēt et magno comitatu: ⁊ p̄ciosis vestibꝰ induta ad eccīam venisset stans ante altare amarissime flere cepit: ita ꝙ nullus eam cōpescere posset Et dixit ei sponsꝰ Dña cur fles. quid displicet tibi ī me? Nōne sum satis nobilis vel satis diues vel satꝫ pulcher Illa rñdit Satꝫ nobil' estꝫ: satis diues et satis pulcher ꝓpter hoc non fleo Sꝫ defleo pauptatē ⁊ nuditatē dñi ihū xp̄i q̄ ī cruce ꝓpter me sustinuit Ecce ego sto hic corā eo cricū ornata auro ⁊ serico et pendet hic nudus coram me sine cooperimento: et ipse se hūiliauit ⁊ ego debeo dñari. Et sic semꝑ crucem in memoria habebat et iō īter oēs ancillas humillima erat. sicut legitur in sua legēda. Quinta virtus sācte crucis est ꝙ in tribulationibꝰ hoīem cōfortat Ber. Nihil dulcius in tribulatione q̄ꝫ cogitare passionem xp̄i. Quam em̄ asperitatem formidabit seruus si menti eius occurrat ꝙ dei filij passiōe sit redēptꝰ? Si enī passionem xp̄i semꝑ recordaremur: ita sagitta dilectiōis vulneraremur ꝙ ꝓpter euꝫ omneꝫ tribulatiōeꝫ dulciter pateremur Istud figuratū ē Exo. xv. vbi dicit ꝙ filij isrl' inuenerunt aquā in ramath quā pre nimia amaritudine bibere non potuerunt. et ostendit. dominus. noster

moysi lignum quoddam quod naturaliter fuit amarum. quod tamen cũ misisset ĩ aquas amaras: dulcorate sũt. Per amaras aquas significat̃ tribl'atio pñt̃ vite. ꝑ lignũ amaꝝ signat̃ lignũ scẽ crucis ĩ q̃ xp̃s amarissimã mortem sustinuit Si hoc ĩ memoria habuerim⁹: õne leue ⁊ dulce est quod patimur. Exemplum de iuuene temptato. Cum quidã nobilis intrasset ordinem ⁊ videret̃ ordo sibi nimis austerus cogitare cepit de exitu. Et apparuit dyabolus ĩ specie symee verberans eũ cum flagello vsq̃ ad mortem. Et cum laboraret in extremis visuꝫ est ei q̃ beatus benedictus duceret eũ de corpore ad locum suppliciorum vbi vidit deportari vnum magnũ principem ardentẽ ⁊ ĩ cathedra ignea sedentẽ ⁊ añ eum formose mulieres stabãt. ⁊ fauces ignee ꝑ os earuꝫ ibãt ⁊ eũ torq̃bant. Et dixit btũs bñdictus Hic fuit princeps potẽs ⁊ luxuriosus. Post hoc vidit alium quẽ demones excoriabãt ⁊ cum sale aspergebant ⁊ vncis ferreis eũ fricabãt Et dixit btũs benedictus. Iste fuit crudelis dñator ⁊ exactor pauperꝝ ⁊ oppressor. Post hoc vidit aliuꝫ in equo igneo equitantẽ capa ignea indutũ ⁊ capram igneã sup̃ humeros portantẽ. Et ait beatus bñdictus Iste fuit fur ⁊ raptor ⁊ cuidam vidue abstulit caprã ⁊ cuidam monacho capam. Deinde vidit alios plures diuersis penis torqueri ſm exigentiam meritoꝝ Vidit etiã rotã igneã ĩ qua iudas cum traditoribꝫ torquebat̃. deinde euigilãs omnem austeritatẽ ordinis dulciter acceptabat. Item cum quidaꝫ sanctus multa tormẽta a quodã tyrãno sustinuisset: quesiuit q̃modo xp̃iani tot tormenta tã dulciter sustinere possent. Respondit sanctus. qꝛ signũ sancte crucis in corde portamus. At ille. Hoc ĩ te temptabo et iussit corpus eius extrahi ⁊ scindi per medium ⁊ inuenit in eo signũ sancte crucis. Qd̃ vidẽs baptisatus ẽ.

De sancto Iohanne ante portaꝫ latinam. Sermo. xxxix.

Exaltauit illũ apud proximos suos Ecclesiastici xv Verba proposita bene ꝯueniunt beato iohãni quem dñs exaltauit apud proximos suos. s. alios apl'os: ⁊ hoc in tribus. scꝫ in speciali dilectione. in miraculoꝝ operatione. ĩ corporis ⁊ anime separatione. Circa p̃muꝫ nota q̃ dñs beato iohanni multa signa dilectionis oñdit. Primo in hoc q̃ eũ in discipulũ suum elegit. Mathei. iiij. Cuꝫ ambularet dñs iuxta mare galilee vidit iohãnem in naui cum zebedeo patre suo ⁊ vocauit euꝫ cũ iacobo fratre ei⁹ At illi relictis retibꝫ secuti sũt eũ Secũdo qꝛ eũ in optimo statu. s. v̄ginitatis manere voluit. ⁊ iõ v̄go ẽ electus a dño Habuit em̃ ꝓpositũ nubendi sꝫ añq̃ ad nuptias ꝓcessissꝫ: eũ vocauit: ⁊ iõ in virginitate ꝑmãsit qui est optimus status. Quia licet bona sit copula ꝯiugal'. melior tñ ꝯtinẽtia vidual'. sꝫ optima integritas v̄ginal'. Tercio ĩ hoc q̃ ĩ cena eũ supra pectus suũ familiarit̃ recũbere fecit: vbi archana diuinitat̃ collegit ⁊ fluẽta dñici pectoris p̃ ceter̃ potauit. Nos ãt si pectus eius cũ iohãne nõ possum⁹ cõtingere: qꝛ ĩdigni pccõres sumus. ꝓsternemus tñ nos ad pedes eius cuꝫ maria peccatrice Si nõ possumus ĩ pectore ei⁹ recũbere ꝑ suauitatẽ ꝯtemplatõis: ĩcipiamus ad pedes eius ꝓcũbere ꝑ hũilitatem ꝯtẽplatõis Quarto qꝛ sibi soli proditorẽ suũ reuelauit. Cũ em̃ dixissꝫ ihesus ĩ cena discipul' suis: vnus ex vobis me traditurus ẽ. ĩnuit petr⁹ iohãni recũbẽti ad pectus ihesu dicẽs. Quis ẽ de q̃ dicit? Iohãnes itaq̃ dixit ihesu in silẽtio. Domine quis est qui te tradet?